



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. De peccato gulae, quid sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

fuit pessimum, suspensus enim fuit &c. Hester 7. sed hoc vitium hodiè ita commune est, vt non reputetur amplius pro peccato. Osee 4. Maledictum, mendacium, homicidium, furtum inundauerunt &c. Quia igitur Deo & hominibus facit abominabilem, maxime fugiendum est &c.

CAPVT XVIII.  
ARGVMENTA.

1. *De peccato gula, quid sit.*
2. *Quomodo in principio mundi & maiores nostri fuerint abstinentes.*
3. *Quae mala sequantur ex gula.*



Rimò gula est inordinata & nō necessaria cupiditas potandi ac vorandi: & ex hoc vitio primum hominis peccatum est cōpletum, Genes. 3. vndè posteritas infinitis malis & ærumnis affecta est, & in perpetuum fuisset cum corpore & anima damnata, nisi promissum semen, quod est Christus, eam saluasset, Gal. 3. ideò Christus Lu. 21. prohibet gulam, inquit: Attendite ne grauētur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius mundi. & Apost. Rom. 13. Non in commestationibus, inquit &c. Olim apud gentiles fuit secta Epicureorum, quæ existimabat summam beatitudinem consistere in voluptate & crapula: Christus autem beatos censet qui lugent, Matth. 5. nam veniet quod Esaias dicit cap. 22. Vocabit Dominus ad fletum, planctum, & cilicium, &c. Sed ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & mactare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur &c. huic autē peccato deseruiūt omnes athæi, qui nō credunt aliam vitā esse post hanc vitam, iuxta dictū illorum:

N N 5 Ede,

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas: quorum Deus venter est: non timent, nec amant, aut credunt alium Deum, Philipp. 3. Sic Esau propter gulam lentis edulij vendidit primogenita sua, Genes. 25. sic crapula multos depauperat in substantia: & hodiè consuetudo est, vt in conuiujs aut prandijs magna fiat fercula, varij apparatus, varia genera vinorum, ostentatio poculorum argenteorum &cæt. fructus autem huius gulæ sunt, consumptio, ebrietas, rixa, detrahtio, impudicitia, & aliquandò homicidia, vt scribunt Poëtæ de conuiuio Lapytharum & Thracum, qui post epulas scyphis pugnabant, & sanguineas mouebant rixas. idè Job 1. quandò filij eius celebrabant conuiuia ex ordine, surgebat manè, & offerebat holocausta per singulos &c. ne Deus offenderetur vitijs conuiuantium filiorum. sed vbi hodiè est talis pietas in conuiujs? immò venit & alijs fructus ex comestationibus, nēpè leuitas & saltatio, iuxta illud Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere, id est, saltare, &c.

• Secundo, legitur quòd cibus & potus hominum in principio erant sine omni additamento aut confectione, sed simplex, & ex fructibus arborum & potu aquæ se sustentabant homines antè diluuium, & idè erant longioris vitæ, sed post diluuium esus carnijs incepit, & potus vini & confectio ex herbis, & paulatim diuersa genera cibariorum & aromatum inceperunt. Præterea Romanorum & Gētilium probatur abstinentia, de quibus legitur quòd apertis ostijs coram transeuntibus comedebant, & certo tempore, quia legem habebant gulæ & ebrietati positam, ne quis excederet in comestationibus &c. De Platone legitur, quatenus per totam vitam suam non nisi semel in die comedebat, & cùm aliquandò cum suis de varijs cōferret sermones, narrauit se fuisse in quadam regione, vbi homines bis in die comederent &c.

Eccò